

tudo inter Ægyptiorum templa, prout à Strabone describuntur, et templum Hierosolymitanum interesset, non tamen illa hujus exemplar fuisse inde colligendum est. Nullo enim momento probari potest, ea quæ à geographorum principe in Ægypto visa sunt, Hierosolymitarum antiquitate superasse. Imò verò, cum Hierosolymitani templi fama non in vicinis solum, sed et remotioribus gentibus celebris fuerit ac pervagata, ut patet ex 3 Regum 8, 41 et 42, verisimile est gentes exteras templa sua ad præstantissimi istius exemplaris formam extruxisse. Sanè Deus pius Davidis et Salomonis propositum de templo construendo approbans, non ex peregrinis operibus, aut architectorum peritiâ, proprio ingenio, illos typum sibi formare passus est, sed suâ ipse sapientiâ omnium artifice structuram omnem delineavit, ut constat ex 1 Paralipomenon 28, 11, 12, 19: *Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, et templi, et cellarium, et conaculi, et cubiculorum in adytis, et domus propitiations.... Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem inversa opera exemplaris.* Confirmatur testimonio Theodoretici questione 28 in 3 Regum. *Est ergo perspicuum, inquit, quòd sicut magno Mosi ostendit Deus exemplum tabernaculi, et dixit ei: Facies omnia secundum exemplum quod tibi ostensum est in monte; ita etiam beatus Davidem docuit gratia Spiritus formam ædificii. Ipse autem hoc ostendit filio. Est autem notandum quòd Dominum appellavit sanctissimum Spiritum. Nam cum dixisset scriptor quòd dedit ei exemplum omnium que erant in Spiritu cum ipso, paulò post adiecit: Omnia in Scripturâ ex manu Domini dedit David.*

Objiciunt Marshamus et Spencerus locum S. Joannis Chrysostomi Sermonem 51 in diem Natalem Christi, ubi ait: *Quo tempore ab Ægyptiacis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide, Hebræorum populum Deus liberavit, videns ipsos impietatis adhuc secum reliquias habere, rebusque omnibus sub sensum cadentibus ad insaniam usque addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis admiratione duci, templum ipsis exædificari præcepit, quòd non modò materia magnificentiæ atque artis varietate, sed et structuræ formâ, cætera omnia quæ ubique terrarum erant, templa obscuraret.... Et quemadmodum pater liberorum suorum indulgenter amans, filium profligatis, perniciosis, lascivis*

*et hominibus usum, nimioque luxu dissolutum, ad se longo temporis intervallo recipiens, tutò et cum dignitate in majori rerum abundantia constitueret, ne in angustiis aliquas conjectus, priorum recordatione, atque etiam cupiditate corripiatur; ita Deus Judæos ad res sensuales cum stupore propensos videns, in hisce ipsis rebus præstantissimum aliquid efficit, ne unquam postea Ægyptiorum, aut eorum quæ apud Ægyptios experti fuerant, cupiditate caperentur. Templum igitur è gentium ruditate et Ægyptiorum moribus ortum traxit, judice S. Joanne Chrysostomo.*

Respondetur, eâ in questione singulare esse S. Joannis Chrysostomi opinionem, à quâ discedere cogimur, salvè quæ tanto nomini debetur reverentiâ, cum repugnantem habeat Scripturam, nec aliorum Patrum consensu fulciatur. A Scripturâ porrò quàm longè abeat in concione illâ populari, patet, cum templum non eo primùm tempore sit extractum, quo populum ab Ægyptiacis turbis, et barbarâ Pharaonis tyrannide Deus liberavit, et quo impietatis Ægyptiacæ reliquias quædam illi adhærebant, sed multis exinde seculis. Nec tamen ad formam Ægyptiacorum templorum Salomonico extractum, sed ad mundi exemplar, S. Chrysostomus docet. *Templumque, inquit, ipsis statuit ad mundi exemplar, totiusque universi; tam quòd sensu, quàm quòd solo intellectu percipi potest. Sicut enim terra est, et cælum, et medium sepimenti instar hoc firmamentum, ita et illud quoque fieri jussit. Duasque in partes divisò hoc templo, et ad medium obtento velo, eam partem quæ extra velum erat, omnibus ingrediendi potestatem fecit; ad alteram verò illam interioriorem nemini, præter quàm suum sacerdoti aditum atque intuitum patere permisit. Cæterum quòd hæc non nostra conjectura sit, sed quòd templum reverà totius mundi ad exemplum extractum fuerit, audi quid Paulus de Christo in cælum ascendente loquens dicat Hebr. 9, 24: *Non enim in manu facta Sancta introiit Christus exemplaria verorum, ostendens, quòd quæ apud nos sunt, verorum sint simulacra. Quòd porrò velum dirimeret Sancta sanctorum à sanctis extra positis, sicut hoc cælum quæ super se sita sunt, ab omnibus quæ apud nos sunt, disjungit; audi quomodò etiam hoc, obscurius tamen indicaverit, cum cælum velum appellat. De spe namque referens, quòd sicut anchoram ipsam animæ habeamus tutam ac fir-**

*nam, delude subjungit ibid. 6, 19: Et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Jesus supra cæ-*

*lum sursum.... Vides quomodò cælum velamen appellaverit?*

(NATALIS ALEXANDER.)

## DE JEROBOAMI ET DECEM TRIBUUM DEFECTIONE A CULTU DEI

### Dissertatio.

Defectionis illius historia scripta est 3 Regum c. 12: *Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad Domum David, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem; et convertetur cor populi hujus ad dominam suam Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eam. et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem: Ecce citi tui, Israel, qui te educerunt de terrâ Ægypti. Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan; et factum est verbum hoc in peccatum: Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in excelis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintâ decimâ die mensis, in similitudinem sollemnitatis quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelorum, quæ fecerat. Et ascendit super altare quòd extruxerat in Bethel, quintâ decimâ die mensis octavi, quem finxerat de corde suo; et fecit sollemnitatem filii Israel, et ascendit super altare, ut adoleret incensum.*

De vitulis illis Jeroboami queritur 1<sup>o</sup> utrùm Dei veri symbola fuerint, in hisque verum Deum Israelita coluerint; an verò ipsis stupidorum animalium figuris divinos honores detulerint? 2<sup>o</sup> Cur Jeroboam vitulorum figuram præ cæteris proposuerit? Circa primam questionem, Moneæus in tractatu de Vitulo aureo, contendit Jeroboamum vitulos aureos ut veri Dei signa Israelitis proposuisse, nec ipsum regem et Israelitas adorasse figuras istas stupidorum animalium, sed in illis Israelis Deum coluisse. His momentis nititur: Primò quòd neque hoc ausurus fuisset Jeroboam, neque populus adeò libenter in ipsius sententiam descendisset; secundò, quòd propheta Israelis, qui Jeroboamum sequebatur, Deum Israelis, professi sint; ut ille Bethelen-

sis 3 Regum 15, et illi propheta quos Achab et Josaphat consuluerunt 3 Regum 22; tertio, quòd Elias notet Israelem in duas tantum, non in tres partes claudicasse; nempe in partes Domini, et in partes Baalis, nullis relictiis partibus vitulis, eorumque sectatoribus, cum eos haud dubie in partibus Domini haberet 3 Regum 18, 21. Circa alteram questionem, idem Moneæus existimat Jeroboamum vitulos aureos effinxisse, et Israelitis proposuisse ad similitudinem Cherubim tabernaculi et templi, ut illorum desiderium populo adimeret. Unde et sollemnitatem Judæicæ similem statuit, quòd figura illæ sive symbola ad eandem religionem pertinerent. Illæ ratione Jeroboamum ad idolatriam exarsat, hæreses tantum et schismatis reum facit. Grotius in Annotationibus ad lib. 3 Regum cap. 12, ait, Jeroboamum vitulos aureos in Bethel et Dan erexisse, quia volebat Deum coli in eâ figurâ, quæ Josepho Dei ministro, unde ortus erat Jeroboam, dicata olim fuerat, et quæ in Cherubinis partem faciebat præcipuam, ut rei illi aspectu populus retineretur in veneratione posteritatis Josephi, faciliusque crederet eis regnum deberi qui orti essent ab eo ejus maxima fuerant in omnes Israelitas beneficia. Sic Julia domus Ænæ laudes per omnes poetas cani voluit, ut eò lenitè ferret populus imperium illud velut fati datum. Eorum sententiam sequitur Grotius, qui Josephi memoriam ab Ægyptis in bobus cultam voluit, totamque fabulam Apidis et Serapidis ad hanc originem referent. Quæ de re Vossius fusè disserit lib. 1 de Origine et Progressu idololatriæ. Cujus vestigia insisit Spencerus dissertatione 5 de Origine arcæ et Cherubinarum. Singulares horum auctororum sententias breviter refellemus, et communem sacrorum interpretum stabillemus duplici propositione.

PROPOSITIO PRIMA. — Vituli aurei à Jeroboamo confati et in Bethel et Dan erecti, non erant veri Dei symbola, sed idola; nec verum Deum in illis, sed ipsa stupidiorum animalium figuras Jeroboamus et Israelitæ colebant et adorabant; qui proinde ab idololatriâ nullâ ratione excusari possunt.

Propositionis veritas ex Scripturâ sacrâ perspecta et explorata est. Nam eodem modo Jeroboam de suis vitulis aureis locutus est 5 Regum 12, quo modo Israelitæ de vitulo Aaronis Exodi, 32, 4: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te educentur de terrâ Ægypti.* At figuram ipsam vituli ex auro conflatum ab Aarone, non Deum in illâ Israelitas coluisse, constat. Fecisse enim sibi deos aureos, et peccatum maximum, quod utique idololatriæ crimen est, commississe dicuntur; et à S. Paulo idololatræ appellatur 1 ad Corinthios 10, 7: *Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Præterea populus vitulos adorasse dicitur, non Deum Israel in vitulis, et Jeroboam dicitur immolasse vitulis, non vero Deo, cujus essent symbola; 5 Regum 12, 30: *Et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.* V. 32: *Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat.* Tertio constituit sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. At si Deum Israelis in vitulis aureis adorandum proposuisset, operam dedisset ut ejus cultus per ministros à lege præscriptos procuraretur, quò minus à Mosaicis institutis descivisse viderentur. Quarto, Jeroboam dicitur fecisse sibi deos alienos et conflatos, 5 Regum 14: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel, et scidi regnum domus David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivi mandata mea, et secutus est me in toto corde suo... sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatos, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum; idcirco ego indicam mala super domum Jeroboam, etc.* Quinto, Jeroboam abjectis Dei sacerdotibus, sibi constituisse dicitur sacerdotes dæmoniorum et vitulorum; dæmonia igitur, non Deum verum colebat in vitulis. 2 Paralipomenon c. 11, 13, 14, 15: *Sacerdotes autem et Levitæ, qui*

*erant in universo Israel, venerunt ad eum (Jeroboam scilicet) de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Judam et Jerusalem, eò quòd abjecisset eos Jeroboam, et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsum, et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat.* Sexto, Abia rex Juda contra Jeroboamum pugnaturus, et ad ipsum, ac exeritum Israeliticum verba faciens, ait Jeroboamum ipsis vitulos aureos fecisse in deos, et sacerdotes instituisse eorum qui non sunt dii, secundum morem profanarum gentium. 2 Paralipomenon 15, 8, 9: *Nunc ergo vos dicitis quòd resistere passitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Jeroboam in deos. Et ejecistis sacerdotes Domini filios Aaron atque Levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum; quicumque venerit, et initiaverit manum suam in tauro de bobus, et in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. Noster autem Dominus, Deus est, quem non relinquimus.*

Levisimâ porrò sunt Monacæi argumenta. Id, inquit, non ausus esset Jeroboam, vitulos eorum colere et idola, nec populus ad eum lubenter in ipsius sententiam descendisset. Hanc objectionem nemo cordatus non ridebit. Ubi enim Scriptura sacra disertè aliquid testatur, humani ingenii conjecturæ conticescant ac cedant necesse est. At, inquit, propheta Israelis, qui Jeroboamum sequebantur, Deum verum profitebantur. De veris prophetis id concesserim, qualis fuit ille Bethelensis ignavus quidem et mendax, à Deo tamen afflatus et fidelis, 5 Regum 13, 20, 21, 26, 29, 30, 31, 32. Sed ille vitulos aureos Jeroboami non colebat, ut colligitur ex his Scripture sacre verbis: *Dixi ad filios suos: Cùm mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est; juxta ossa ejus ponite ossa mea.* Projectò enim venit sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsum que sunt in urbibus Samariæ. Sic Elias, Eliseus, Michæas, centum illi prophetae quos Abdias dispensator domus Achab abscondit in speluncis et pavit grassante Jezabelis persecutione, prophetae erant Domini, et regibus Israelis prebent, excepto vitulorum et aliorum idolorum cultu, atque ritibus omnibus superstitiosis, profanis, schismaticis, à lege Dei alienis, quos non solum execrabantur, sed palam execrandos

populo ipsisque regibus prædicabant. Propheta illi quadringenti quos Achab consulit antequam expeditionem adversus Ramoth Gabaò suscepere 5 Regum 20, falsi erant prophetae, unde Josaphat ipsos consilere nolens, ait ad Achab: *Non est hic propheta Domini quisquam ut interrogemus per eum?* Illi erant de quibus ait Michæas: *Nunc igitur ecce dedi dæmonis spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.* Non mirum proinde quòd vitulos adoraverint, qui ex illorum ordine fuisse videntur, quos prophetae Baal, et prophetas lucorum, qui comedebant de mensâ Jezabelis, Scriptura vocat 5 Regum 18, 19.

Quamvis porrò Elias ad populum Israelis dixerit: *Usquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum;* id non probat eos qui vitulos aureos colebant, partes Domini secutos fuisse, Denique verum in illis quasi symbolis coluisse. Sed cùm Baalis cultus prævaluisse, vitulorum cultus præ neglectus videbatur. Quamobrem illius hoc in loco non meminit Elias. Ceterum non duas tantum, sed tres partes in Israele Scriptura distinguit, primam eorum qui sequebantur Baal; alteram eorum qui genua non curvaverant ante Baal, sed verum Deum colebant, ut prophetae, et alii de quibus Dens loquitur 4 Regum 19: *Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, et omne os quod non adoravit eum osculans manus.* Tertiam eorum qui in peccatis Jeroboam adhaerebant, ut dicitur 5 Regum 5, 5; 4 Regum 10, 29, 31, et alibi passim; qui nimirum vitulos aureos in Bethel et in Dan erectos colebant. De quibus Osee 8, 4, 5: *Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola, ut intererent; projectus est vitulus tuus, Samaria, iratus est furor meus in eos; usquequò non poterunt enudari? Quia ex Israel et ipse est; artifex fecit illum, et non est Deus, quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ, cap. 10, 3, 8; Vaccas Bethaven coherunt habitatores Samariæ... Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel.* c. 13: *Feceruntque sibi conflatie de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est; his ipsi dicant: Immolate homines vitulos adorantes.* Denique totum tempus quo Israel vitulis à Jeroboamo in Bethel et Dan erectis adhasit, spectat vaticinium illud Azariae prophetae 2 Paralipomenon c. 15, 5: *Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, et absque sacerdote doctore et absque*

*lege.* Deum itaque Israelis in vitulis non colebant reges et populus decem tribuum.

Confirmatur propositio nostra SS. Patrum suffragiis: 1º S. Hieronymi Commentario in Osee cap. 4: *Fornicatae sunt et decem tribus cum idolis Jeroboam filii Nabath; et relinquerunt Dominum Deum suum, non custodiendo quæ juxerant, dicens: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies.* Et in cap. 5: *Cœpit, inquit, Ephraim, id est, Jeroboam, abire post idola, et Deum derelinquere. Ipse enim aureos fabricatus est vitulos.* Et in cap. 6: *Quid enim est horribilius, quàm decem tribus ad idolorum cultum repente transgressas? Unde ad metropolim earum dicitur: Aufer vitulum tuum, Samaria, in qua primus fornicatus est Ephraim, id est, Jeroboam de tribu Ephraim, et illo fornicante contaminatus Israel est, populus videlicet Samariæ; qui magnè ex parte commune Israelis nomen obtinuit.* Idem in cap. 7: *Nulla sæpè Israel idololatria accepit vulnere, et maxime illud quando in eremo vituli conflagraverunt caput, atque dixerunt: Isti sunt dii tui, Israhel, qui te educentur de terrâ Ægypti.* Et cùm omni arte tractarem ut miserabilis populus curaretur, subito extitit Jeroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret; et malitia Samariæ revelata est, sequentis regem impium; operati sunt enim et rex et populus mendacium, hoc est, idolum, sicut enim contrarium est simulacrum Deo, ita mendacium veritati. Ibidem istud comma explicans: *Quiescit paululum civitas à comminatione fermenti, donec fermentare totum.* Dies regis nostri, etc., hæc habet: *Paululum Israel et Samariæ civitas conquievit, recepto in se erroris ardore donec tota massa fermento et similis fieret, et cresceret, atque erumperet; ac populus intumescens clamaret ad fores Jeroboam regis, et diceret: Hic est dies Jeroboam regis nostri... Hunc celebramus, hunc canimus; in hoc exultamus et ludimus; in hoc vitulos aureos adoramus... Cùm rex cerneret clamare populum et dicere: Dies iste regis nostri est, et principes quasi temulentos et fanaticos nescire quid dicerent, extendit manum suam illusoribus; copulavit assensum his qui ei vanis laudibus illudebant. Qui illusores, cùm insidiarent eis rex suus, et eos à Deo suo abduceret, præbuerunt ei quasi cilibanum cor suum, ut eos succederet, et idololatriæ flammis ardere faceret...*

Quid plura? Omnes quasi cibibus idololatricae igne calefacti sunt, et devorarentur iudices suos, ut qui bonus esse poterat per naturam, et religionis Domini recordari, videns et principes et populum vitulis subditos, et illos putare deos, etiam ipse a scelere devoraretur. Denique omnes reges ceciderunt Israel, et ambulaverunt in viis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et nullus inventus est qui desertis idolis reverteretur ad Deum. Et infra ad illa verba: *Vae eis, quoniam recesserunt a me, hæc habet: Vastabuntur igitur, et miseri erunt, et semper timentes ac formidantes, et quia prævaricati sunt in Deum, adorantes vitulos aureos, relinquentes eum qui redemit eos de Ægypti servitute, et eduxit in excelso brachio; ipsi verò leuoti sunt contra Dominum mendacia, dicentes de idolis: Hi sunt dii tui, Israel, qui educent te de terra Ægypti; et non clamaverunt ad Dominum in corde suo, sed in idololatricae fornicationibus voluntabant.* Et in cap. 8: Araneorum telis rectè Samaria vitulus comparatur; quem eo tempore, pro pretii magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Hoc quod supra dixerat: *Argentum suum, et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interrerent, nunc exponit manifestè: Projectus est vitulus tuus, Samaria; iratus est furor meus in eos, vel in vitulos, quia duos fecerant, vel in Samariæ habitatores, qui eos adorabant.* In cap. 10: In Bethaven, id est, Bethel, vacas aureas coluerunt habitatores Samariæ; quas cum irrisione non vitulos sexus masculini, sed vacas, id est, feminas appellavit: ut videlicet Israel non solum deos vitulos, sed deas vacas coleret. Et ut ostenderet vacas Bethaven unum in Bethel vitulum sentiendum, non intuli: Luxit super eis populus, sed super eo, id est, vitulo auro.

S. Augustini, libro 47 de Civitate Dei, cap. 22: Rex, inquit, Israel Jeroboam, mente perversa, non credens Deo, quem veracem promisso sibi regno daturus probaverat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Jerusalem, quo secundum divinam legem sacrificandi causâ universæ illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquam regio semini redderetur; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefandâ impietate decepit.

Theodoret, questione 42 in 5 Regum, vbi cum præmississet, Jeroboamum duas juvenecas aureas in finibus regni posuisse, ut ad illas confluentes Israelitæ Hierosolymam Judaici regni metropolim non irent, subdit: Expulsi autem et sacerdotes, et Levitæ, qui in decem tribubus habitabant; et juvenecarum sacerdotes plebeios quoslibet elegit. Quod quidem solum fecit convenienter rationi. Non oportebat enim Dei sacerdotes, deos qui non sunt, colere.

PROPOSITIO II. — Jeroboam vitulos aureos non effinxit, nec Israelitis proposuit in similitudinem Cherubim tabernaculi, vel templi, neque in Josephi patriarchæ memoriam, sed ad imitationem Ægyptiæ superstitionis.

Probatur prima pars: Si enim Jeroboam vitulis suis conflatis patriam religionem imitari voluit, cur sicut Pseudo-Cherubim assumebat, non ita arcam, non propitiarium, Dei sedem, ubi potissimum Dei majestas fundendis oraculis effugebat? Cur non tabernaculum, aut certe templum aliquod, Hierosolymitani instar erigebat? Deinde, si vituli illi erant ad imitationem Cherubim expressi, cur eos sacro et multò plausibiliore, aut in religione et Scripturis usitatissimo Cherubim nomine non appellabat? Id enim nomen ad fumum populo faciendum aptius videbatur. Cur ex Aaronis familiâ sacerdotes non eligebat, aut cur eos in regno suo alegabat, et nomen dignitatemque sacerdotii infimo cuique tribuebat? Cur si vituli Cherubim sacri erant, tot locis in Scripturâ sacrâ dii alieni vocantur? Cur eos coluit, adoravit,isque sacrificia obtulit, cum in lege veteri nemo unquam audierit ulla Cherubim tabernaculi Mossici vel templi Salomonici sacrificia offerri consuevisse, vel propositos fuisse ut adorationis objectum? Unde Tertullianus libro 2 adversus Marcionem, cap. 22: Sic et Cherubim et Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestu, longè diversas habendo causas ab idololatricæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinem prohibitarum legi refragari, non in eo similitudo dimis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. Præterea Cherubim tabernaculi et templi non erant figuræ vitulorum, sed multiformia simulacra, in quibus forma hominis eminebat, ut ostensum est dissertatione 3 in quartam mundi ætatem, articulo 3,

§ 3, num. 11. Non est ergo verisimile Jeroboam vitulos aureos conflasse et proposuisse Israelitis ad similitudinem Cherubim templi. Probatur secunda pars propositionis: Qui enim Jeroboamum in Josephi memoriam vitulos aureos conflasse asserunt, et nituntur conjecturâ, quod Josephum sub bovis symbolo coluerit Ægypti, et sub Serapidis nomine. At idem non solum incertum, sed minis verisimile est, primò quia Josephi memoria apud Ægyptios brevi intercedit. Mox enim ut Exodi 1, 8, dicitur: Surrexit rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, quique nullâ ejus nec posterorum habitâ ratione, gravissimam in eos tyrannidem exercuit; secundò, quia valde incertum est an Serapidis cultus apud Ægyptios tam antiqua sit originis. Recentiore esse probat Herodoti silentium, qui de diis Ægyptiorum cum fusè scriperit, ne Serapidem quidem nominat; neque Ægyptiaci istius nominis scriptores alii ante Alexandri Magni tempora meminere. Et plerique ex Ponto in Ægyptum adventum scribunt Ptolemæo Lago regnante, idque colligunt ex Tacito libro 4 Historiarum, et ex Clemente Alexandrino in Protreptico. Serapidem in locis circa Pontum jam olim notum fuisse, constat ex Polybio, Serapidis fanum; in orâ Propontidis, describebunt libro 4 Historia. At Serapidis in Ægypto nulla mentio, antequam ex urbe Ponticâ Synope adveheretur. Contrarium quidem ex Tacito se erucere putant Vossius et Spencerus, qui scriperit: Templum pro magnitudine urbis extractum loco, cui nomen Rhacotis. Fuerat illic sacellum Serapidis atque Isidi antiquis sacratum. Ex quibus hujus nominis in Ægypto vetustas videtur aperte adstrui. Sed pugnantiâ scripsisse Tacitum observat Bochartus. Narraverat enim Tacitus paulò ante, Ptolemæum, cum Alexandria recens condita templa et religiones adderet, pro somnium fuisse monitum, ut fidelissimis amicorum in Pontum missis, ejus effigiem inde advehi curaret, visumque suum sacerdotibus Ægypti aperuisse. Quos cum Ponti reperisset, et rerum externarum parùm gnaros, Timotheum Atheniensem, è gente Eumolpidarum, quem illa superstitio, quod nomen esset, interrogasse. Neque ipsi Timotheo id alter fuisse compertum, quam per eos qui in Pontum mæsset. Tam legatos et mupera Sinopensium regi Scyrodthemidi misisse Ptolemæum. Quo cunctante nullis de causis, rem tandem exacto triennio agrè fuisse

confectam; ejus historia veritas tota concidit, si sacellum jam antiquis habuerit Serapis in eo ipso Alexandria loco, in quo templum postea conditum. Neque enim Ægypti ignorasset, Serapis quale sit nomen; neque opus habuissent, exteros eâ de re consulere, aut illius ex Ponto effigiem tanto molimine accersere, neque eo facto rex Ptolemæus novas Alexandria religiones addidisset. Præterea, hos Apidis quidem symbolum fuit, non autem Serapidis, si Macrobius audiamus, qui Serapidis imaginem ita describit lib. 1 Saturnalium, cap. 21: Simulacro signum triplicitis animantis adiungunt, quod exprimit medio, eodemque maximo, capite leonis effigiem. Dextera parte caput canis exoritur; mansueti specie blandissime, pars verò læva; cervicis rapacis lupæ capite finitur; easque formas animalium draco connectit volumine suo, capite redeunte ad dei dextram, quod conspicitur monstrum. Minus ergo verisimile est quod Josephus patriarcha sub nomine Serapidis, ac bovis symbolo cultus ab Ægyptiis fuerit, aut etiam sub nomine Apidis. Ac proinde nullius est momenti conjectura, quæ hæc hypothese nititur, eruditiorum virorum, qui Jeroboamum vitulos aureos in Josephi memoriam crexisse et proposuisse volunt. Adde, nullum esse in Scripturâ sacrâ vel apud SS. Patres locum, quo probetur erectos fuisse à Jeroboamo vitulos aureos ut monumenta politice dignitatis in tribu Josephi; sed plurima esse eaque expressa, quibus probatur ipsos erectos fuisse ut religionis objecta, et ut deos adoratione et sacrificiis prosequendos.

Probatur tertia pars: Eadem fuisse videtur origo vitulorum aurocorum Jeroboami ac vituli Aaronis; atqui vitulus Aaronis ad imitationem Ægyptiæ superstitionis conflatus, et populo Judaico propositus ad cultum est; idem igitur esto iudicium de Jeroboami vitulis.

Major inde probabilis efficitur, quod de suis vitulis iisdem verbis locutus sit Jeroboam 5 Regum 12, 28, quibus Israelitæ de vitulo Aaronis, Exodi 32, 4: *Hi sunt dii tui, Israel, qui educent te de terra Ægypti.* Minor verò constat ex S. Stephano Actuum 7, 39, 40: *Asera sunt, inquit, cordibus suis in Ægyptum, dicentes Aaroni: Fac nobis deos qui præcant nobis.*

Id confirmatur ex S. Hieronymi Commentario in cap. 4 Osee propheta: *Mater, inquit, vocatur populi frequentia et omnis turba nationis Hebrææ ad quam loquitur; filii autem*

« vel singuli ex populo, vel per oppida villas-  
 « que dispersi..... Ipsa Dei repulit legem,  
 « et idem sacerdotium perdidit in æternum,  
 « colens vitulos aureos in Dan et Bethel; et quia  
 « obliata est legis Dei, et penitus Ægyptiis se-  
 « idolis mancipavit; idcirco et Dominus obli-  
 « viscitur filiorum ejus, tradens eos æternæ  
 « captivitati. » Et infra: « Est autem Bethel,  
 « que prius vocabatur domus Dei; at postquam  
 « vituli in eâ positi sunt, appellata est Betha-  
 « nen, id est, domus inutilis, et domus idoli, quod  
 « nos, ut in Hebræo legitur, expressimus. Vi-  
 « detur autem mihi idcirco et populus Israel in  
 « solitudine fecisse sibi caput vituli, quod co-  
 « leret, et Jeroboam filius Nabath vitulos au-  
 « reos fabricatus, ut quod in Ægypto didice-  
 « rant, *אֲמַרְוּ זֵאת מִצְרַיִם* qui sub figurâ boam  
 « coluntur, esse deos, hoc in suâ superstitione  
 « servarent. » Et in cap. 7: « Unde principes  
 « eorum qui infelicem populum deceperunt,  
 « cadent gladio propter furorẽ lingue suæ;  
 « quod vitulos aureos deos appellare sunt au-

« si, ut hoc facerent in terrâ reprimissons  
 « quod in Ægypto didicerant, colentes Apim  
 « Ægyptium, et omnia eorum portenta veneran-  
 « tes; ita enim et in solitudine, quando egressi  
 « sunt de Ægypto, Dominum subsannaverunt,  
 « dicentes: *Ipsi sunt dii tui, Israel.* » Et in  
 « cap. 8, illa verba: *Projectus est vitulus tuus,*  
 « *Samaria, iratus est furor meus in eos.... Quia*  
 « *ex Israel et ipse est; artifex fecit illum, et non*  
 « *est Deus, hoc illustrat commentario: Et quia*  
 « *dixerat: Projice vitulum, tuam, Samaria,*  
 « *exponit quis sit iste vitulus: Quia ex Israel*  
 « *et ipse est; non ab aliis, ait, vitulum genti-*  
 « *bus accepistis, ut Baal et Astaroth à Sidoniis,*  
 « *et Chamos à Moabitibus, ut Moloch ab Ammo-*  
 « *nitibus; sed vos ipsi, et rex vester Jeroboam;*  
 « *quod in Ægypto didiceratis, fecistis in Is-*  
 « *rael.* » Et infra: « Idem autem et veterum  
 « iniquitatum recordabitur, et peccata pristina  
 « visitabit, quia in Ægypto sunt universi, vel  
 « eosdem colentes deos, in quibus prius erra-  
 « verunt, *אֲמַרְוּ זֵאת מִצְרַיִם.* » NATALIS ALEXANDER.

## Dissertation

### SUR LES RICHESSES LAISSÉES PAR DAVID A SALOMON.

« David, dit Voltaire, dont le prédécesseur  
 « n'avait pas même de fer, laissa à Salomon,  
 « son fils, vingt-cinq milliards six cent qua-  
 « rante-huit millions, au cours de ce jour,  
 « en argent comptant. Salomon, dit-il ailleurs,  
 « pouvait-il être aussi riche qu'on le dit?  
 « Les Paralipomènes assurent que le melk Da-  
 « vid, son père, lui laissa environ vingt mil-  
 « liards de notre monnaie, au cours de ce  
 « jour, selon la supputation la plus modeste:  
 « il n'y a pas tant d'argent comptant dans  
 « toute la terre, et il est assez difficile que  
 « David ait pu amasser ce trésor dans le pays  
 « de la Palestine. »

« Il est assez comique, dit-il encore, de  
 « voir un melk, un roitelet juif, avoir à sa  
 « disposition une somme de trente-six mil-  
 « liards. » Enfin il réduit cette somme à dix-  
 « neuf milliards soixante et deux millions.

« On voit par ces passages que chez Voltaire  
 « le mot melk est synonyme de roitelet. Ce cri-  
 « tique n'a pas pris garde que le nom de melk  
 « ou melek est donné à quatre puissants monar-

« ques qui régnaient, selon lui, à Babylone, en  
 « Perse, etc., du temps d'Abraham; qu'il est  
 « donné aux rois d'Égypte, à ceux d'Assyrie, au  
 « grand Nabuchodonosor, à Cyrus, à Artaxer-  
 « xès, qui n'étaient point des roitelets. Mais lais-  
 « sons les termes indécents et injurieux du cri-  
 « tique, et venons aux difficultés qu'il trouve  
 « dans le texte sacré.

« Nous observons d'abord que dans le texte  
 « des Paralipomènes il n'est parlé ni de millions,  
 « ni de milliards au cours de ce jour, mais de talents  
 « d'or et d'argent. Pour savoir ce que forme-  
 « raient ces talents réduits à nos monnaies, il  
 « en faudrait faire une évaluation exacte. Or  
 « cette opération n'est pas aussi facile qu'on  
 « pourrait le croire. Voltaire lui-même est fort  
 « incertain dans ses calculs. Si, dans ses mélanges,  
 « il porte à vingt-cinq milliards six cent qua-  
 « rante huit millions la somme laissée par David  
 « à Salomon, dans le Dictionnaire philosophique,  
 « il la restreint à environ vingt milliards. Il nous  
 « avertit que dans ce dernier calcul il suit la  
 « supputation la plus modeste: preuve que

« dans le précédent il s'en était permis une qui  
 « ne l'était pas trop. Dans le traité de la Tolé-  
 « rance il s'arrête à une évaluation plus modeste  
 « encore. Enfin, dans sa Bible expliquée, il  
 « adopte un autre calcul bien différent des pré-  
 « cédents: il porte à trente-six milliards les ri-  
 « chesses amassées par David. Ces diverses  
 « évaluations sont donc très-incertaines. Les  
 « savants qui ont le plus étudié ces matières  
 « réduisent cette somme à quinze milliards, le  
 « plus grand nombre à douze, et quelques-uns  
 « encore plus bas. Don Calmet, qui a le plus  
 « approfondi ces sortes de sujets, évalue ces  
 « sommes à environ douze milliards. Il estime  
 « le talent d'argent, chez les Hébreux, à quatre  
 « mille huit cent soixante-sept livres trois sous  
 « neuf deniers de notre monnaie; et le talent  
 « d'or, à soixante-neuf mille cinq cent trente-une  
 « livre cinq sous. Ainsi les cent trois mille talents  
 « d'or, et le million sept mille talents d'argent,  
 « que David laissa à Salomon pour la construc-  
 « tion du temple, montent à douze milliards trois  
 « cent soixante-huit millions huit cent soixante-  
 « six mille cinq cent soixante-deux livres de  
 « notre monnaie.

« Voltaire pose pour principe que le ta-  
 « lent d'or vaut quarante mille écus, et le  
 « talent d'argent deux mille écus de notre  
 « monnaie. Pour être convaincu du faux de  
 « ce principe, il n'y a qu'à faire attention à la  
 « proportion de valeur qu'il établit entre l'or et  
 « l'argent. Elle est, selon son estimation,  
 « comme d'un à vingt, quoique, dans la vérité,  
 « elle ne soit que comme d'un à treize, puisque  
 « le marc d'argent est à cinquante-deux livres,  
 « et le marc d'or à six cent soixante-douze  
 « livres.

« Mais douze milliards ne forment-ils pas encore  
 « une somme exorbitante, plus grande même  
 « qu'il ne serait nécessaire pour construire  
 « un temple comme celui de Salomon, dont  
 « tous les murs et les pavés auraient été d'ar-  
 « gent massif; dont le couvert, toutes les mou-  
 « lures des murailles du dedans et tous les vases  
 « dont on s'y serait servi auraient été d'or? »  
 « Cette difficulté a fait présumer à quelques in-  
 « terprètes, au père Boabigant, à l'auteur des  
 « Lettres des Juifs à Voltaire, qu'il s'était glissé  
 « dans les textes quelques fautes de copistes.  
 « Mais nous rejetons cette solution. Nous ne  
 « croyons pas qu'on puisse l'employer si légè-  
 « rement, et sans avoir pour soi l'autorité de  
 « manuscrits ou de quelques anciennes ver-  
 « sions. Nous n'adoptons pas non plus le senti-

« ment de don Calmet, qui n'est point effrayé  
 « de l'énormité de cette somme. On peut voir  
 « ci-dessus les sources qu'il indique pour prou-  
 « ver que David a pu amasser des richesses si  
 « immenses. Nous ne doutons pas pour cela que  
 « du temps de David et de Salomon l'or et l'ar-  
 « gent ne fussent beaucoup plus communs en  
 « Orient qu'ils ne le sont aujourd'hui en Europe;  
 « toute l'antiquité l'atteste. Homère donne à  
 « tous ses héros, même aux plus petits seigneurs  
 « de la Grèce, des armures et des vases d'or.  
 « Hérodote, Diodore de Sicile, Plin, Quinte-  
 « Curce, etc., sont remplis de témoignages  
 « qui démontrent cette vérité.

« Mais pour résoudre la difficulté que nous exa-  
 « minons, nous avons un moyen plus efficace:  
 « nous n'avons qu'à supposer qu'il y avait parmi  
 « les Hébreux, comme parmi nous, des espèces  
 « qui, portant le même nom, étaient cependant  
 « d'une valeur et d'un poids différent. Combien  
 « nos deniers, nos livres, nos sous, nos écus,  
 « n'ont-ils pas varié de prix? Quelle serait l'er-  
 « reur d'un étranger qui, lisant dans l'histoire,  
 « que la France a eu, dans un temps, plus de  
 « 800 millions de livres de revenu, prendrait la  
 « livre de poids au lieu de la livre de compte  
 « qui n'en est aujourd'hui que la centième par-  
 « tie, et lui donnerait 1600 millions de mares  
 « d'argent, ce qui à 50 livres le marc, ferait  
 « 80 milliards de livres de notre monnaie?

« Mais l'écriture ne marque nulle part qu'il  
 « y ait eu de deux sortes de talents parmi les  
 « Hébreux. Il n'était pas nécessaire qu'elle le  
 « déclarât, la chose parlait d'elle-même. Les  
 « auteurs grecs n'ont jamais écrit qu'il y avait  
 « des talents de deux espèces parmi eux. Cepen-  
 « dant on est forcé de faire cette distinction.  
 « Homère raconte qu'aux funérailles de Patrocle,  
 « Achille proposa, pour le prix de la course des  
 « chars, une captive et un trépid d'or; pour  
 « le second une cavale de six ans, qui était  
 « pleine d'un mulet. Le troisième prix était  
 « un chaudron ou un plat qui tenait quatre me-  
 « sures. Le quatrième était deux talents d'or.  
 « Ces deux talents d'or valaient donc moins que  
 « le chaudron, le bassin ou le plat: ils valaient  
 « moins que la cavale pleine. Ce n'étaient donc  
 « pas des talents de poids qui faisaient soixante-  
 « douze mille livres de notre monnaie. C'étaient  
 « donc des pièces d'or qui portaient le nom de  
 « talents, quoiqu'elles fussent bien au-dessous de  
 « leur valeur.

« Philippe, roi de Macédoine, acheta un che-  
 « val de seize talents, selon Plin, et de treize,

selon Plutarque. Qui se persuadera que ce prince ait voulu payer un cheval seize ou même treize mille écus? Car le talent d'argent attique, dont il est ici question, valait trois mille de nos livres. M. de Caylus en porte la valeur presque au double, à présent que le marc d'argent est à 52 livres. On lit dans Plutarque que Harpalus, gouverneur de Babylone pour Alexandre, avait une coupe d'or de vingt talents. S'il fallait entendre des talents de poids, cette coupe aurait pesé mille de nos livres. Ces exemples prouvent que chez les anciens comme chez les modernes, on a donné le même nom à des monnaies d'un prix bien différent.

D'ailleurs il est incontestable que le nom de *talent* n'a jamais marqué une valeur uniforme chez les divers peuples où il a été reçu; le talent égyptien était de quatre-vingt livres de poids; le romain de soixante-dix; le sicilien, de six dragmes; le thuscien, de cent vingt livres; le syrien, de quinze livres sept onces et quatre dragmes; celui d'Égine, de dix dragmes; l'alexandrin de trente-une livres

trois onces; le talent d'Athènes valait soixante mines ou six cents dragmes. M. Ducange remarque que le nom de *talent* se met quelquefois pour cent livres, d'autres fois pour cinquante, enfin pour un marc seulement de la valeur de vingt sous. Virgile distingue deux sortes de talent, le grand et le petit. Quant au mot hébreu *kikkar*, qui est toujours employé dans la Bible, il ne signifie autre chose qu'une masse ou un tonneau d'or ou d'argent.

Enfin un savant de nos jours (M. Dupré de S.-Maur), très-exercé dans cette matière, a fait voir que les richesses laissées par David se montoient tout au plus à douze millions et demi de notre monnaie. Quoi qu'il en soit, nous pouvons du moins conclure, avec raison, que toutes les supputations que l'on a faites pour évaluer ces énormes richesses, peuvent très-bien être fautive, et, par conséquent, que les incrédules qui en ont conclu que leur quantité est incroyable et impossible, ont raisonné sur une fausse supposition. Nous voyons seulement par l'Écriture que l'or était prodigé dans le temple.

(Declot.)

## Dissertation

### SUR LES TEMPLES EN GÉNÉRAL,

#### ET SUR LES TEMPLES DES JUIFS EN PARTICULIER.

La censure que les incrédules modernes et d'autres critiques téméraires ont faite de l'usage des temples, nous donne lieu, avant de parler de celui de Salomon, de répondre à plusieurs griefs qu'ils nous ont objectés sur ce sujet. Nous examinerons, en premier lieu, si l'usage des temples est répréhensible ou dangereux; 2° si la magnificence de ces édifices est un abus. 3° Nous réfuterons les objections des incrédules à l'occasion du temple bâti par Salomon. 4° Nous parlerons de sa reconstruction sous Zorobabel, de sa réparation sous Hérode, de son entière destruction sous Tite, et enfin des efforts vains et inutiles que firent les Juifs, sous Adrien et sous Julien l'Apostat, pour le rebâtir.

Nous ne croyons pas devoir nous arrêter à combattre l'opinion de Spencer, qui a fait

tous ses efforts pour prouver qu'avant l'érection du tabernacle ordonné et exécuté par Moïse, les Égyptiens, les Chananéens et les autres peuples voisins de la Palestine avaient déjà des temples destinés au culte de leurs fausses divinités, et que Moïse les a pris pour modèles. Pour établir un fait de cette importance, malgré le silence profond et constant des écrivains sacrés, il faudrait des preuves positives et solides, et plusieurs savants en ont opposé à Spencer de meilleures et de plus convaincantes (1). Dans une question de fait comme celle-ci, il faut s'en tenir non à des conjectures, mais à des témoignages.

(1) Voyez Mémoires de l'Acad. des inscript. tome 70 in-12, page 50 et suiv. Voyez aussi la dissert. du P. Alexandre, rapportée ci-dessus.

Aucune autorité ne peut prévaloir sur celle de Moïse, le plus ancien et le mieux instruit des historiens. On aura beau fouiller dans toute l'antiquité; on n'y trouvera rien qui prouve qu'il y a eu des tabernacles ou temples portatifs avant celui qu'il a construit.

Nous examinerons donc seulement, en premier lieu, si l'usage des temples est dangereux et répréhensible en lui-même. Spencer le prétend, et c'est une raison dont il se sert pour prouver que Dieu n'avait permis qu'on lui en construisît un que par condescendance pour la grossièreté des Juifs. Il a été suivi par la foule des incrédules modernes; ils soutiennent comme lui que la coutume de bâtir des temples est l'effet d'une erreur grossière et qui continue à l'entretenir. Les hommes, dit un déiste, ont banni la divinité d'entre eux; ils l'ont reléguée dans un sanctuaire; les murs d'un temple bornent sa vue, elle n'existe point au-delà. Insensés que vous êtes, détruisez ces enceintes qui rétrécissent vos idées; élargissez Dieu, voyez-le partout où il est, ou dites qu'il n'est pas. Un autre prétend qu'un culte simple, rendu à Dieu à la face du ciel, sur la hauteur d'une colline, serait plus majestueux que dans un temple, où sa puissance et sa grandeur paraissent resserrées entre quatre colonnes. Ces réflexions sublimées sont-elles solides?

1° Il serait bien étonnant que les peuples barbares qui pratiquaient le culte divin sur les montagnes ou dans les plaines, à la face du ciel, eussent été plus sages que les nations policées, et que le genre humain dans son enfance eût eu plus de lumière et de philosophie que dans son âge mûr. Nous voudrions que ceux qui admettent ce phénomène eussent pris la peine de l'expliquer. Nous savons très-bien que les patriarches ont ainsi rendu leur culte dans les premiers temps; l'Écriture l'atteste. Dieu a bien voulu agréer cette manière de l'honorer, parce qu'elle était analogue à la vie errante et pastorale que menaient ces saints personnages. Mais si cette manière était la plus conforme aux notions du vrai culte; nous soutenons que Dieu n'aurait jamais permis à ses adorateurs de la changer; que jamais il n'aurait ordonné à son peuple de lui bâtir un tabernacle et ensuite un temple.

2° Il est incontestable; et plusieurs savants l'ont prouvé, que la plus ancienne idolâtrie a été le culte des astres. Moïse l'a défendu aux

Hébreux, et c'est la seule dont il soit parlé dans le livre de Job. Par cette raison, l'une des plus anciennes superstitions a été de pratiquer le culte religieux sur les montagnes que l'Écriture appelle les *hauts-lieux*. Les païens croyaient par là se rapprocher du ciel ou du séjour des dieux. Moïse avait défendu expressément cette pratique aux Hébreux; et l'histoire sainte nous apprend que toutes les fois qu'ils tombèrent dans cet abus, ils en furent blâmés de la part de Dieu. On est donc tenté à croire qu'une des raisons pour lesquelles Dieu voulut qu'on construisît un tabernacle, fut de convaincre son peuple qu'il n'était pas nécessaire d'aller sur les montagnes pour s'approcher de Dieu, et qu'il daignât lui-même s'approcher de son peuple en rendant sa présence sensible dans le temple portatif érigé en son honneur. Il n'est donc pas vrai qu'en bâtissant des temples les hommes aient banni la Divinité d'entre eux, puisqu'ils ont cru au contraire que par ce moyen ils se rapprochaient d'elle.

3° Quel est en effet le motif qui a fait construire des temples? Ce fut en premier lieu de s'acquitter plus commodément du culte divin; en second lieu, de rassembler dans une seule enceinte les symboles de la présence de Dieu, afin de frapper davantage l'imagination des hommes. Ces intentions ne sauraient être blâmées, et elles furent remplies par la construction du tabernacle et du temple de Salomon. Ils renfermaient l'arche d'alliance dans laquelle étaient les tables de la loi; le couvercle de cette arche, ou le propitiatoire, était surmonté de deux chérubins dont les ailes étendues formaient une espèce de trône, symbole de la majesté divine. On y voyait un vase rempli de la manne dont Dieu avait miraculeusement nourri les Hébreux pendant quarante ans; la verge d'Aaron, l'autel des parfums, la table des pains de proposition, le chandelier d'or, etc. Tous ces objets rappelaient aux Hébreux les miracles et les bienfaits dont le Seigneur avait favorisé leurs pères, et les cérémonies du culte concouraient au même but. Le peuple ne pouvait avoir trop souvent sous les yeux ces signes commémoratifs, et ils ne pouvaient être rassemblés que dans un temple.

4° Il est faux que cette conduite ait donné lieu aux hommes de penser que la Divinité est renfermée dans les murs d'un édifice; et qu'elle n'existe point au-delà. Si les païens